ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 136r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



136

ministrare est. dicit ad eum. Intra ad pharaonem. & ingredere die.
Haec dicit dn̄s & reliqua. Si uero intrare ubi semiser inferunt
magi qui prius obstiterant cedunt confitentes. quia digitus
dei ē hoc. In quarta quoque uigilare iubetur moyses mane
& stare contra pharaonem procedentem ad aquam. cum cynomia
replent aegyptiorum domos. In quinta uero nihilominus
ubi pecora aegyptiorum delent ipsa uere iubetur ad phara
onem moyses. In sexta scena contemnit pharaonem. & ipse fest
quid intrauerit moyses uel aaron. Ad pharaonem. quia
facta sunt ulcera & uessica cum feruore & id supra
leficos aegypti. & non poterant resistere moysi. In
septima uigilare iubetur mane uel de stare contra
pharaonem. cum grandinem & ignem producit & uoces.
In octaua intrare praecipit ad eum cum locusta producitur. In
nona rursum contemnit pharaonem & praecipit ad caelum
manus extendere moyses ut fiant tenebrae. In octa terra aegypti
aegypti palpabiles tenebrae. & non quidem intrat
seduocat ad pharaonem. Similiter & in decima cum
primitiua delent & cogit cum festinatione exire de aegypto.
Sunt & aliae plurimae obseruationes. in quibus singulis
diuinae monstrant indicia sapientiae. Inueniesenim
quod primum non flectit pharaonem diuinis uerberibus
cedit cum aqua in sanguinem uertuntur. In secundo
uero parum quid molliri uidetur. Vocauit enim moysen